nandum contra philistinos. Et philisti
in stabant sup montem ex parte hac: et
isrl' sup montem ex altā parte. uallisq;
erat inter eos. ⁊ egressus ē uir spurius de
castris philistinorum nomine goliath de
geth altitudinis sex cubitorum ⁊ palmo et
cassis erea sr̄ cap̄ eius ⁊ lorica hamata indue
batur. Porro pondus lorice eius q̄nq; milia
siclorum eris erat. ⁊ ocreas ereas habebat in
crurib9 ⁊ clypeus ereus tegebat humeros ei9
hastile autem haste eius: erat quasi lici
atorium texentium. Ipsum autem ferrū
haste eius: sexcentos siclos habebat ferri. et
armiger eius antecedebat eum. Stansq;
clamabat adūsus falangas isrl': ⁊ dicebat
eis. Quare uenistis parati ad p̄lium? Nū
quid non ego sum philisteus ⁊ uos serui
saulis? eligite ex uob' uirum: ⁊ descendat
ad singlāre certamen. Si quiuerit pugna
re mecum ⁊ p̄cusserit me. erim' uob' ser
ui. Si autem ego p̄ualuero ⁊ p̄cussero eū
uos serui eritis: ⁊ seruietis nob'. Et aiebat
philisteus. Ego exprobraui agminib9 isrl' ho
die.

Hl. Et prospectus erat inter illos.

Hl. Altitudo illius cubitorum sex ⁊ decē palmarū latitudo ei9 ⁊ cassis erat in capite ei9 ⁊ lorica cathenata uestieb9 erat.

Hl. Et tibialia erāt ei erea sup talos ei9 et scutum ei ereū et balteus sup humeros ei9 ⁊ hastile lancee ei9 erat tamq̄ scaphum texentiū.

Date michi uirum: ⁊ ineat mecum
singlāre certamen. Audiens autem
saul ⁊ omnes uiri isrlite sermones phi
listei huiuscemodi: stupebant ⁊ metu
ebant nimis. Dauid autem erat fili9
uiri effrathei de quo supradictum ē
de bethleem iuda. cui erat nomen ysay
qui habebat octo filios ⁊ erat uir indi
ebus saul senex ⁊ grandeuus inter ui
ros. Habierant autem tres filii eius ma
iores: post saul in p̄liū. hec nomina
trium filiorum eius qui perrexerunt ad
bellum. heliab p̄mogenitus ⁊ sc̄ds am
nadab: tertiusq; samma. Dauid autem
erat minim9. Tribus ḡ maiorib9 sequu
tis saulem. Habiit dauid ⁊ reūsus est a
saule: ut pasceret gregem patris sui
in bethleem. P̄cedebat uero philisteus
mane ⁊ uesp̄e: ⁊ stabat quadraginta
dieb9. Dixit autem ysay ad dauid filium
suum. Accipe frib' tuis ephi polente
et decem panes istos ⁊ curre in castra
ad frs tuos ⁊ decem formellas casei has
deferes ad tribunum. ⁊ frs tuos uisitabis
si recte agant et quum quib9 ordinati
sint disce. Saul autem ⁊ illi ⁊ omnes
filii isrl' in ualle terebinthi pugnabāt
adūsum philistinos. Surrexit itaq;
dauid mane: ⁊ commendauit gregē
custodi: ⁊ honustus habiit sicut p̄ce
perat ei ysay ⁊ uenit ad locum magala:
⁊ ad exercitū qui egressus ad pugnam uo
ciferatus erat in certamine. Direxerat
enim aciem isrl'. Sed ⁊ philistiim ex ad
uerso fuerant p̄parati. Derelinquens ḡ
dauid uasa que attulerat sub manu
custodis ad sarcinas: cucurrit ad lo
cum certaminis. ⁊ interrogabat si om̄ia
recte agerent erga frs suos. Cumq; ad

Hl. Veniebat alienigena ante lucem usq; ad uesperam ⁊ stetit sic columna in cōspectu isrl' dieb9 xl.

Hl. Decem casoolmolos.